Quelle: https://manuscripta.at/?ID=951
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

24

non potest inueniri. neque enim uno eodemque tempore aliquid nigrum est atque album. Sit
quoque contrarie ut utraeque sint uerae fieri non potest. Quod uero adiecit his uero oppositas esse simul
contingit in eodem. particularem affirmationem et particularem negationem designat. Particularis enim
Particularis uero negatio uniuersali affirmationi. Contrariorum quidem oppositae possunt affirmatio uni
in eodem uerae aliquotiens inueniri. id est particularis affirmatio et particularis uersali nega
negatio. uerae ut sint in aliquibus fieri potest. ut est: Quidam homo albus est: quidam homo tioni opposita
albus non est. utraeque uerae sunt. Quecumque igitur contradictiones uniuersalium sunt uniuersa est contradictorie.
liter. necesse est alteram esse ueram uel falsam. et quecumque in singularibus sunt. ut est T
socrates albus. non est socrates albus. De contradictorie oppositis loquitur et de B
singularibus propositionibus quod unam semper ueram. falsam semper alteram inueniri sit
necesse. hoc enim dicit. Contradictiones in quibus eorum quae sunt uniuersalium uniuersaliter
praedicatorum. una semper est uera. altera falsa. Uniuersalium autem uniuersaliter praedicatorum
sunt contradictiones uniuersalium particulariter praedicatorum. Nam affirmatio uni
uersalis uel negatio in uniuersalibus uniuersaliter praedicatur. harum contradictoriae parti
culares affirmationes uel negationes sunt. si singulariter comparentur. harum quidem contradicti
onum quae sunt uniuersalium uniuersaliter praedicatorum. una semper uera est semper altera falsa reperitur.
In singularibus quoque idem est. Nam si nulla ut dictum est uarietas equiuocati
onis inpediat. idemque sit praedicatum. idemque subiectum ad unum idemque tempus ad unam
eandemque partem. ad unum idemque relatum. uno eodemque modo una semper uera est falsa
altera. et ueritatis inter se naturam et mendacii partiuntur. Quecumque autem in uniuer T
salibus non uniuersaliter. non semper haec uera est: illa autem falsa. Que uero sunt in quantitate in B
definite. ut neque habent uniuersalem. neque particularem determinationem
quam tacuit. non semper una uera est altera falsa. sed utraeque interdum inueniuntur uerae. In
uniuersalibus autem non uniuersaliter praedicatur aliquid. hoc modo. homo albus est: homo albus non est. In quo
uno eodemque tempore utrasque ueras esse contingit. hic enim cum uniuersale sit homo. non uni
uersaliter praedicatum est. At uero nec particulariter. Neque enim quidam aut nullus.
aut omnis adiectum est: Hoc et autem huiusmodi propositiones non inter se diuidunt ueri
tatem atque mendacium. hoc modo. Simul enim uerum est dicere quoniam homo albus. et non est T
homo albus. uel est enim homo probus. et non est homo probus. Si enim turpis non probus. Et est homo pulcher
et non est homo pulcher. Si enim foedus non pulcher. Et si fit aliquid et non est.
Documentum est huiusmodi dictum indiffinita affirmationem negationemque ueras utrasque B
posse inuenire. Uerum enim dicere est homo albus. et non est homo albus. Huius autem rei probatio:
Nam si uerum est dicere. est homo niger. et est homo albus simul uno eodemque tempore. quoniam aut